



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXXXIII. Ostbrovcanvm Coenobium, milliari vno ab Ultraguento,  
Germaniae inferioris opido.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

niæ ac Galliæ Belgicæ monasteria sese olim  
aggregarunt: quæ Congregatio siue societas  
hodieque perdurat.

## CAPVT LXXXIII.

## OSTBROVCANVM

Cœnobium, milliari vno ab Ultraiecto, Germaniæ  
inferioris opido.

**A**nno Domini millesimo centesimo vi-  
cesimo secundo, Godebaldus Episco-  
pus Traiectensis XXIV. superædificauit in pa-  
lustri solitudine de Oestbroeck cœnobium  
monachorum, & monialium in honore san-  
ctæ Mariæ perpetuæ Virginis, & sancti Lau-  
rentij pretiosi martyris. Quod monasterium  
propter arctam religionis obseruantiam, di-  
cebatur olim Carcer Ordinis. Ibidem enim  
congregatio maxima fuit, & rigor monasticæ  
disciplinæ secundum regulam S. Benedicti  
districtissimè pullulauit.

*Et infra: Anno millesimo centesimo vice-  
mo octauo, Godebaldus Episcopus morbo  
grauatus, in Oestbroeck habitum religionis  
acepit postquam Traiectensem Ecclesiam  
annis XV. in pace rexisset. Qui demùm I I.  
Idus Nouembbris defunctus est, & in eodem  
monasterio satis honorifice sepultus. Ita  
Ioannes Becanus in manuscripto Ultraiectensis  
Ecclesiæ Chronico. Eadem narrat Ioannes Leida-  
nus in suo manuscripto Hollandiæ Chronico: vult  
tamen, anno millesimo centesimo viceximo primo,*

An. 1122.

An. 1128.

cœnobium istud à Godebaldo adificatum. Quamquam alijs non aut Godebaldum non tam incohata, quam ea, quæ ab Hermanno, Theoderico & Henrico Equitibus, alijsq; nobilibus viris incohata, & à Machtilde Imperatrice, anno millesimo cœtesimo vice secundo, erat auctat, aperfecisse, & auctoritatis suæ munimine stabiluisse, anno millesimo cœtesimo vice secundo quinto. Fuit itaque principiò monasterium hoc sexus vtriusq; sed ann. millesimo cœtesimo tricesimo octavo monialium prædia à monachorum prædijs sunt diuisa; virginumque cœnobium in silua haud procul dissita à fundamentis adificatum, & Deiparae Virginis dedicatum Belgice Vrouvvenclooster, Latinè Dominarum monasterium dixeris.

An. 1125.  
An. 1138.  
  
Dominarū  
monasteri  
um vulgo  
Vrouvven  
clooster.  
Abbatia  
monialium,  
Ord. S. Be  
nedicti, a-  
pud Ultra-  
iectum.  
\* Lib. 8. de  
diu. Offi.  
Cap. 3.

Primus Abbas Ostbroucanus fuit Berengerus, quo præside miraculum insigne contigisse Rupertus Abbas Tuitiensis commemorat. Qui quidem\* Rupertus ex S. Laurentij apud Leodicenses cœnobio, ipsis initijs, ad hoc Ostbroucanum se contulit, indeq; postea Tuitium, quod ad Rheum flu. est, ex aduerso Coloniae Agripinæ est situm; ubi & Abbas creatus demum obiit.

(. . .)

CAP.